



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

V. Novitius post delictum ingressus Religionem, an ab Episcopo sit
puniendus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

nis, ut S. Congregatio apud Galliam
tium ad cit. ses. 6. resolvit.

CAPUT V.

**Novitius post delictum ingre-
sus Religionem, an ab Episcopo
sit puniendus?**

- 362. *Constitutiones Sixti V. de delictis No-
vitiarum ante Religionis ingressum commi-
ssis*
- 363. *Novitium post accusationem vel inq-
sitionem contra se susceptam ingressum Re-
ligionem manet sub priore foro.*

362. **N**ovitii, ut omnibus notum est
non tantum Canonis ac
sed Religiosorum quoque privilegia
gaudent, adeo ut, quod de Religiosis
exemptis dispositum est, ad ipsos etiam
Novitios, quantum ad privilegia pertinet,
tendatur. Dubium esse potest de delictis
etis ante Religionis ingressum commi-
ssis, stante potissimum Sixti V. con-
stitutione *Cum de omnibus*. irritante recep-
tiones, & professiones criminolosorum

debitorum, & publicis latrociniiis obnoxiorum; & dante facultatem quibuscunque Judicibus, Curiiis etiam sæcularibus, si nimirum in sæculo tantum laici fuerint, contra eos tam criminaliter, quàm civiliter procedendi: quod tamen in subsecuta Constit. *Ad Romanam spectat*, tunc solum obtinere declaravit, cum actis publicis constiterit, ipsos Judices & Curiam sæcularem, ante susceptionem habitus de ipso crimine adversus eos accusationem suscepisse, vel inquisitionem instituisse.

363. Quæ constitutio cum per Clementis VIII. Constit. *In suprema*, abrogata sit tantum, quatenus impediabat validam professionem, adhuc dicendum est, Novitium post accusationem vel inquisitionem contra se susceptam ingressum Religionem, manere sub prioris foro c. pen. *de foro competen. l. fin. ff. de re milit.* ita tamen ut puniri tantum possit in pecunia & bonis secundum ea, quæ tradunt Covarruyas & alii DD. de cri-

criminoso in fraudem sui Iudicis adle-
ricatum evedto. At si ante ingreſſum
nec accusatus, nec inquisitio adversus
lum suscepta fuerit, gaudet privilegio
fori Regularis, nisi ante professionem
& pœnam discedat.

CAPUT VI.

De Ejectis.

364. *Ejectiones particularium Religiosorum
quandoque utiles ac necessaria bene con-
muni.*

365. *Constitutio Gregorii IX. de requiritis
annuatim fugitivis & ejectis.*

366. *Verè incorrigibiles tantum post in-
rationem annuam ejici possunt: & post
ejectionem subsunt Episcopo loci.*

367. *Memorabilia quadam circa Religi-
orum ejectionem.*

368. *In quo consistat incorrigibilitas: & op-
erandum Expulso post ejectionem.*

364. **E**Jectio Religiosi è Monasterio
pœna tam gravis est, ut S. Pater
dorus ipsemet dubitet, an etiam contra
hominem voragini vitiorum immo-